

FLORA.

Nº. 31.

Regensburg.

21. August.

1858.

Inhalt: ORIGINAL-ABHANDLUNG. Nylander, de Chlorangio Jussufii animadversio. Arnold, die Lichenen des fränkischen Jura. (Fortsetzung). — LITERATUR. Pflanzenverzeichniss des Blass'schen Gartens in Elberfeld. Jäger, die Verwendung der Pflanzen in der Gartenkunst. — BOTANISCHE NOTIZEN aus Griechenland von Dr. Landerer. — PERSONAL-NOTIZEN. Ehrenbezeugungen.

De Chlorangio Jussufii Lnk., Müll. animadversio. Scripsit W. Nylander, M. Dr.

Lichen dictus *Chlorangium Jussufii*, de quo commentarium nuper conscripsit cl. Dr. J. Müller, est *Lichen esculentus* Pall. Varias offert formas, unde a cl. Eversman propositae species *Lecanora affinis* et *fruticulosa*. His formis, in Nov. Act. Acad. N. Cur. XV, 2. expositis, ibidem nomen genericum novum *Sphaerothallium* adtribuit Nees ab Esenbeck. Dein examen Lichenis illius nomine *Chlorangii Jussufii* edidit cl. H. F. Link in Bpt. Zeit. 1849, p. 729 — 731. et t. 10. Sub eadem denominatione demum generica et specifica apothecia descripsit ibid. 1858, t. 89 et seq., beneque adumbravit (t. 4) cl. J. Müller.

Habere liceat nomen Esenbeckianum, ut prius, magis legitimum esse quam *Chlorangium*, satius autem utrumque mittendum. Quo enim caractere nititur distinctio a *Lecanoris*, aegre perspicitur. Forma thalli hic potius accidentalis, nec typica, nam species est primitus saxicola. Dein quoad apothecia difformia, is aliis *Lecanoreis* et *Lecideinis* ea (etiamsi non semper normaliter) occurrere abunde constat. Exemplo praestant *Lecanora calcarea*, *macrophthalma*, *) *Urceolaria scruposa*, *Lecidea myrmecina* etc. Inde hinc

*) *Urceolaria macrophthalma* Tayl. Lich. Antarf. n. 36.; thallo pallido laevigato, rimoso, crassiusculo, apotheciis rufo-pallescentibus, innatis, latit. fere 1,5 millim., sporis ut in *Lecanora esculenta*, long. solum 0,018 — 27 millim., crass. 0,015 — 17 millim., paraphysibus gracilibus. Supra saxa vulcanica in terra Kerguelen. — Affinis et subsimilis est:

Lecanora phaeophthalma Nyl. in hb. Lenorm.; thallo tenui rimuloso, apotheciis rufo-fuscescentibus minoribus, sporis ellipsoideis long. 0,100 millim., crass. 0,005 millim., paraphysibus mediocribus (crass. 0,0025 millim.). Supra saxa vulcanica in Taiti. Ex stirpe *Lecanorae cinereae* sunt hae binae species, et apothecia saepe habent difformia.

Flora 1858. 31

nullum argumentum pro genere distinguendo. Nec stratum gonimon magis differentiam ullam sistit, quantum video, licet talem invenisse videtur cl. Müller. Ex his rationibus auctori hunc lichenem non modo genere a *Lecanora*, sed adhuc tribu, separanti assentire non possum. Animadvertatur adhuc eum, de spermatiis lichenum loquens, eadem dicere „spermogonia“, quod confusionis est maxime vituperandae. Jam enim post studia celeberrimi Tulasne in scientia accepti sunt hi termini sensu definito, distinctissimo, spermogonia scilicet designantia apparatus totum organicum, spermatia vero corpuscula vel elementa, quae hicce apparatus profert. Itaque qui, sensum horum terminorum mutans, spermogonia dicit pro spermatiis aequè peccat ac qui pro polline dicat „stamina.“ Confusio talis evitanda. At simul notandum, corpuscula, quae cl. Müller in Fig. 7 delineavit, neutiquam esse spermatia speciei, nam sunt aciculari-cylindrica, angustata, recta, sterigmatibus simplicibus sat angustis infixa; sed aliud aliquid pro spermatiis sumpsit auctor.

Nescio cur non *Lichen esculentus* in genere *Lecanora* sit conservandus. Est, ni nimis fallor, species affinis *Lecanorae cinereae* vel varietati ejus *gibbosae*, ut in opusculis meis jamdudum indicavi.

Die Lichenen des fränkischen Jura. Von F. Arnold.

(Fortsetzung.)

II. *Biatorina* Mass. ric. 134. Körb. syst. L. 189.

1. *B. pineti* (Schrad.) Mass. ric. 135. Körb. syst. L. 189. *Lecid. pin.* Ach. syn. 41. Schär. Enum. 141. Nyl. Prodr. 103. Enum. 120. *Biat. pin.* Fr. Rabhst. L. D. 93.

Exs. Schär. lich. helv. 218. Zw. lich. exs. 83. A. B. C. Hepp. lich. eur. exs. 136. Rabhst. lich. eur. exs. 8.

In Waldungen am Grunde der Föhrenstämme: a) im Laubwalde der Ludwigshöhe bei Weissenburg (Zw. lich. exs. 83. C.); b) um Eichstätt hie und da z. B. vor dem Hirschparke.

2. *B. cyrthella* (Fl.) Mass. ric. 134. Sched. crit. 84. Körb. syst. L. 190. *Lecid. anom. cyrt.* Ach. syn. 39. Schär. Enum. 138. Rabhst. L. D. 92. sub *Biatora*.

Exs. Schär. lich. helv. 473. p. p. Zw. lich. exs. 88. (mixta cum. *Bac. anom.*) 275. Mass. lich. It. exs. 132. Rabhst. lich. eur. exs. 231.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1858

Band/Volume: [41](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [De Chlorangio Jussufii Lnk., Müll. 489-500](#)